

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De Fidei Formularvm Praecipve Avgvstanae Confessionis  
Iustitia Et Vsv**

**Bernhold, Johann Balthasar  
Schifflin, Johann Sigismund**

**Altorfii, [1730]**

§X.

[urn:nbn:de:bsz:31-67824](#)

ptabatur, et posterius, quod ipsum recitatum fuit, MOGVNTINO ELECTORI tradebatur, ut in Sacro Imperii tabulario, reponeretur. [uid. COELESTINVS p. 191. CHYTRAEVUS p. 188. - 90. FVNCKIVS p. 291. seq.]

### §. IX.

Nec hisce publicis actis quicquam officit Caesaris de ea publicis typis exscribenda interdictum. Restrictum enim tantummodo fuit ad *nouum* eumque alium *publicationis modum*, quam qui solemniter iam in comitiis factus est, et ad pauxillum modo temporis, usque dum concilium de religione iniretur; quod tamen uel ipsius Caesaris, Regum, Principum iussu susceptae A. C. in uarias linguis uersiones, ueluti infirmarunt, et insecura pacis de religione instrumenta prorsus sustulerunt; a quo tempore Confessio fidei Protestantium statuum *scriptum publicum* semper in Germanico Imperio et alibi locorum habitum fuit, et per Dei gratiam etiamnum habetur.

### §. X.

Scriptum Dei verbum tanquam unicum, perspicuam pariter et perfectam fidei normam, ut alias semper, ita maxime in edenda Confessione sequuti sunt Confessores nostri. [uid. IOH. SAX. ELECTORIS litteras ad Witteb. Theologos §. VII. cit. et A. C. Praef. clausulam art. XXI. et Epilogum.] nec ipsi aduersarii id tum negarunt, fassi, propheticis et apostolicis scriptis refutari illam minime posse; [uid. pluribus JOH. SCHMIDT. Disp. de A. C. §. XII.]

### §. XI

Cum itaque unam Scripturam S. ducem in consignanda Conf. sequentur nostri, quin Spiritus S. lux per diuinum uerbum illuminans praesto iis fuerit, dubio caret. Adhaec, cum naturae artisque subsidiis, quibus ad interpretandam Scripturam S. opus est, egregie instructi essent, quin et haec Spiritus S. gratia in sancto isto instituto perfecerit et direxerit, pariter

Quod ad  
diuinam  
Scripturae  
normam.  
Georgius

Gratia et lu-  
ce Spiritus  
S. inuante,